

Ay enese Volume Segruente

v Fran. Calphurnij epigrammata

v Publij fausti epemata

v Theochriti Siracusani bucolica cu comis

v Breue. S. P. sup scismatey cardinalu
opruat

v Dedeschoy in missa occurren hōy libella

v Inquosday dialecticoy Grammatico ppo
Iure pūty. Ignatij moraley

v tractado de la cavalleria de la Reyna de Chacon

v oratio de scientiay omniay laude Anto
nij a Pinto

v de Vestitibz a Christianissimo p̄ncoy Reg. li
terij. Oratio p̄ Joan. Copum.



Rancisci Calphurnii vindocē
nensis Epigrammata.

Prostant venalia nannetis in
edibus Johannis baudouyn
artis impressorie solertissimi In vico Carne
litarum. :
Deellic^{do} Guillen Peraca



Coll. Soc. L. E. S. V. S. A. L. M. E. S. A. B. S. O. R. E. G. U. M.

Nicolaï parui bello sanësis ad probe indolis adulescētēs
Symonē godardū & Nicolaum casetensem cōterrāneos
suos de immensis francisci calphurnii vatis celeberris
mi laudibus Carmen elegum:

Quæper ego ingenti phœbum clamore Vocabam:

Di mea completeret musicus ora furor.
Respondit tristi languescens pectore phœbus

Cuius parue dei numen amice Vocas:

Nulla mihi Datum superest in Vota potestas:

Viribus heu fractis exulto: pauper inops.

Egregius Vates istis calphurnius annis:

Ille regit musas Vatribus ille preest.

Ne cum certavit: sed longe Versibus impat

Succubui: potitur Viribus ille meis.

Cum musis thamiras: cum phœbo marfia dudum

Certavit pœnas Victus Vterq; dedit.

Credo equidem humanus non illum spiritus implet

Quod duo sint phœbi credimus alter adest.

Alter adest multo sed carmine maior & arte

Doctior argutis qui resonare modis.

Hunc igitur iuvenes: hunc imploreat poete

Ille regit musas Vatribus ille preest.

Infundet Vestris sinceram mentibus artem

Ingenium Vobis cunctis iste dabit.

Franciscus calphurnius Vidocinensis reuerendissimū
in xpo patrē dominū dñm michaelē boudet lingonēsiū
presulem meritissimū necnō bonarū artium amatōrē fa
uētissimū salute quanta potest ipertitur:



Cum paulum meū ipse reputare diligen
tius cui nā hoc scriptiōnū genu? succubra
tionūq; mearū fragmēta scribere potissi
mū debere dignissime antistes: quāq; me
pudor: deterrebat tenuis hoīez muse atq;
eruditionis: nō potui tamē hoc quicquid ē

libelli cū publicare: tibi nō cōsecrare: Vt studiū tibi erga te
meū Volontasq; inotesceret: ac ne nō i oibus tibi (in quo cō
fert dignitatis glorie virtutūq; oīm cumul? splēdescit) no
rigerarer. Neq; Vero me a quidē sentētia opere pēcū facerē:
nisi ea: quatiacūq; sūt: tibi egregio & excellentiq; Viro ite do
ctos nobilissimō iter nobililes doctissimo iter Vtrosq; opti
mo dedicare. Proinde meorū Vnice studiōrū mecenas hec
tibi iterū iterūq; dedico: Vt hoc argumento Vt cumq; co
gnoscas te a nobis nō amari solū: sed etiā obseruari cōsiq;
atq; Vt ab iudicōrū dētib; tuo Vseluti p̄sidio Vidicemur Vate
deū religiosorū & colūmē eruditorū: meq; cōmēdatū habe:

Carolus Cayeus cōmēdat atq; etiā adhortat hoc Te
tradecastico musā Calphurniam in lucem expitiram.

DA piplea sacri redolens o grata poete.
Hesperomene Vitreas bellorophontis aquas.
Et cane dulciloquos elego discrimine Versus:

Diuersum Vndeno dans epigramma pede:

Quod mihi cum satyris modulans non damnet oreas:

Quod mihi ter repetat ter repetendo probet.

Quod decorent Veneres: fasibusq; aspersa latinis

Alma charis: geminis mixta cupidinibus

Que moueant rigidas numeris Vocalibus ornos:

Inseret: que ceteres & remorentur aquas.

Ipsa arabum superant eterna poemata gazas:

Ductaq; mygdonias littera vincit opes.

Sola cleoneo mens semper adacta labori:

Sedula per clarum facta perennat opus:

Francisci Calphurnii Dindocrensis ad
eundem Epigramma.

Quem tibi sacravi facili cape fronte libellum
Presul apollinea glorificande tuba,
Tedia forte tibi pariet: quia debile carmen
Nil facit ad talem parua camena Virum.
Paucula sume tamen desuti maiora: Voluntas
Est pro muneribus suscipienda suis. n
Sicut in Anduago titubans natat equore cymba
Glaucia procellosis cum timet Anda notis.
Pussa tuit borea: fracto temone: aridibus
forsitan horrendos introitura sinus.
Sic ego quem Volucris lesit malefida rotatu
Nortia: fallaci cocomita dolo.
Ad tua confugio: desut ad sua tecta columba
Ut fias menti portus: a aura mee:
Dfoetiq; chyro tecum si nostra maneret
Hospite non posset prouidore tegi.

Ad Virginem mariam.

Aelestis regina poli maternq; tonantis
Virgo triumphanti glorificata choro.
Te deus empirica castam spectauit ab arce
Quando tue subit claustra pudica domus.
Iste tuo iacuit thaliammo cui delia phoebus

Aer Sulcanus: terra: fretumq; subest.
Esto igitur nobis custos. tutelaq; Virgo
Quam timet inferne nigra caterua domus.
Styx: acheron: lethe: ph' egeion. cocytus: et omnis
Quam timet horrenda tristis abissus aqua.
Scilicet Ut totum maiores deterruit orbem
Trusit et iratos ad nona bella duces.
Ecce volat cecis mors seu paludibus: omne
Que tenuit lingua sub ditone genus.
Hinc odiosa fames populo successit egenti
Ultima que miseri meta doloris adest.
Quis tot egestatum poterit pessumdare casus
Ni quo Virginei contumere sinus.
Ergo tuum epores natum immaculata grauat
De nos a tanto pondere Virgo leuet.
Spiritus hinc postiq; frigentes miserit artus
Det paradisiace tecta subire domus
De in natura morte generosissimi gasto:
nis de foip Elegidium.

Hebilis in nostros properes elegeia questus
Seuaq; lugubri concine fata sono.
Ut proba tyndareis hyacinton luget amynctis
Nympha: del extinctum laodomia Virum.
Heuseu nam rebus semper commota secundis
Exiit stigas mors inopina domos.

Epilitt multis luttus factura molestos

Nam cecidit iuuenis tempore mente senes.

Ille erat epimio superum donatus amore

Regaliaq; etiam sanguine ductus erat.

Dum foret hic tumida viri matris tractus ab aluo

Gaudia phebeteis insonuere choris.

Castalides nymphæ celebres duxere choreas

Cum ceteri premeres pollice phebete lyram.

Eurotas helicon dirce peneia phocis

Cithraq; natai festa dedere suo.

Hic virtutis iter de pptrum callemaq; sequutus

Damnauit paphie noxia furta dee.

Nutritur dociles iuuenili pectore sensus

Cum non trina illi iustra peracta forent. ⁊

Prohdolor atq; iterum dolor ecce doloris alumna.

Que tenerum iuueni transforat ense latus.

Interit corpus: quid spiritus astra petiuit

Nam sceleris nulla labe notatus erat.

Ad precordiatem suum Theodoricum re/
ginaldum iuris Striusq; bacchalarium.

Semper in exansto leges sudore voluntas
Maxime pars cordis theodorice mei.

Discutis illarum nodos aperisq; latentes

Nulla oculos possunt fallere scripta tuos.

Tu ceptis insiste tuis faueasq; minerve

Sic fies patrii gloria magna soli.

Debet inesse frequens labor ⁊ vigilantia iuri

Quod decor ⁊ lucrum quod comitatur honos.

Tacite admonet vnumquemq; debere esti/
nis caloribus labori inherere Et cum hyems
torpida rignerit tutius domi viuere possit.

Aspera surgit hyems: ⁊ florida labitur estas
Albet ⁊ in toto cana pruina solo.
Lilia depereunt: hyacinthus: rosmaris: hortis

Et rosa pestanis: alchimoq; nemus.

Insurgente notho concreta in duruit unda

Temporis euentus prescia sopit auis.

Deposuit merens cantus philomena sonoros

Nulla paludosis rana coquat aquis.

Septa boues retinent: pauper requiescit arator

Nil facit ad gelidam vomer aduncus humum.

Non semper cancti feruet sub sydere tellus

Ipsæ etiam egloceros tempora certa regit.

Gaudet hyems requie: gaudetq; laboribus estas

Ordine distincto tempora queq; fluunt.

De papitione a musca occiso Unde inruit
quod aliquando ⁊ sepius maiores a mino/
ribus superantur.

D Apilio mihi bello congressus acerbo
Decidit: hec ceso papilionem volat

Sepius inuasor spreto ruit ictus ab hoste

Nam solet in modicis rebus inesse Vigor

Ad quandam mordaculum penitusq; litte-
rarum expertem qui omnes malefico ser-
mone irritabat.

D Ic aurite tuum que tanta superbia pectus
Erigit: & quanta pectora bile tument.

Tu quoscunq; potes temerando deprimis ausu
Et lingue exponis libera frena tue.

Si foret hic crispa videres nare cathonem

Quos q; etiam celebres roma creauit auos.

Te tumido extollit ventosa superbia fastu

Vt preceps lapsu cum grauiore cadas.

Cum risu inuigilas alienos carpere mores

Inspicias vite cognita facta tue

Narrat quonam pacto canicule sue latra-
tu (cum ei fures insidiabantur) a somno
excussus fuerit.

I An mea cedebant optato membra sopori
Atq; oculis furtim respserat alia quies.

Ecce domus taciti veniunt ad limina fures

Quos vigil ex templo sensit adesse canis

Indignata fremit variisq; latratibus histat

Sicut in obscenis sibilat anguis aquis.
Excitior somno: curro tremefactus ad ense

Clausaq; diducto ianua Secte patet.

Egredior fugiunt: fugientes persequor armis

Quosq; domum intrarant exiliere loco.

Non lectum repeto Vigili cane saluus ab hoste
q; torpere pudet: q; Vigilare bonum est.

Dicteria anisia de euentu diei sancti
pauli.

S I pauli festo tunc an rutilauerit ortu
Tota sit & pulsa nube serena dies.

Jacta nouis surgent cere alia gramina sulcis

Atq; virenti fruge comabit humus.

Si nebule pingues media regione morentur

Aeris: & toto bruma sit atra die.

Inuadent morbi pecuoris: & armenta peribunt

Atq; etiam passim cetera bruta cadent.

Frigida si cesso nix precipitetur ab orbe

Defluat & subitis turbidus ymber aquis.

Dura nimis rerum populo secedet egestas

Atq; aderit multis imperiosa fames:

Si veni eolis celeres laquentur ab antris

Quorum precipiti flamine cuncta tremunt.

Exciliet castris in auore: regesq; in ouebit

Et multis fiet pugna cruenta locis.

Si mirus hinc credas nulla damnabere culpa:

Ista colo indulgens Vaticinatur anus.

Ad generosissimum heustachium fonte

Eustachi excipias nostre noua carmina cithos:

Martia terribili qui geris arma manu.

Scipiadæ bello superas: fortemq; dactum:

Namq; tuum sequeris nobilitate genus.

Num tua crudeles deterruit ira suenos:

Ausonis ora quibus sanguinolenta manet.

Num duce te francus spoliis ditatus opimis.

Gallica deuictis hostibus arua petit:

Te nisi magnanimum fatali vulneret ictu.

Ante immaturos parca seuera dies:

facide vires: pugnacis et hectoris ausus:

Herculeumq; loquax fama silebit opus:

Trans tepidas gangis tua fama vagabitur undas:

Transquoq; phrygiæ littora vastæ sasi.

Quid magis: herculee noscent tua nomina gades

Noscet et eous: noscet et hesperius:

Ad quemdem bonarum artium
contemptorem

Dicta parens rerum forme natura decorum

Atq; tibi dederat sufficienter opes.

Attamen es sorbo similis quod nutrit amarum

Corlice formoso, purpureoq; habitu.

Tu veluti muro depicta moraris ymago:

Namq; nichil sensus vel nichil artis habes.

Exhortatio ad iuuenes super
interpretatione lucani.

Accelera hypanum, visura iuuenta poetam:

Quem celebres inter corduba iactat auos:

Iste canit tristes pompeii et cesaris ausus:

Gestaq; civili pharsala bella manu:

Si tibi quicquid alit diues panchaia tellus.

Et foret aurisoni pustula fiaua tagi.

Vel quod habet cadmea tyros: vel opima chorintus

Vel quod erithrei voluit arena sasi.

Non tartessus qua frondet harundine betisie:

Nec te mygdonio ditior orbe foret.

Que tamen hic terso tibi concinit ore poeta:

Dona tibi multo fertiliora gerent.

Non igitur damnosa tuos ignavia sensus:

Occupet: ast operi sit tibi prompta manus.

Ad eruditissimum magistrum
Nicolam petit.

Aptius accedat calamos mihi prestet: et orpheus

Plecta lyre ceteres que remorentur aquas.

Tunc nitæ studii cultus dictare venustos:

Sensibus herentes o phisomuse tuis.

Namq; heliconæ sacrum, dircenq; relinquat apollo

Tutela æoniis sacra deabus eris.

Nulla tuum nomen desebit temporis etas

Quamuis fatidice secula satis agas.

Ad dilectissimum comitem suum litteratissimumq;

Magistrum Johannem channeum.

Dilexit socium subeuntem tartara theseus
Dilexit comitem thesea pyrrhous.

Dilexit graius validum patrocclus achillem

Et phœchi rutilans endimiona soror

Sic amo tepariter tu me: lebea propago.

Non poterat vinclo feruidiore capi.

Tristia luventis fugias diuortia lingue

Ni vetus hac noster dissocietur amor.

Ad prudentissimum parisiensium

Locum tenentem criminalem.

Quidam habent sacri congesta volumina turis
Et sophie calles dogmata sancta deæ

Equati diruntis lites et iurgia lance

Quosq; odium torquet conciliare soles.

Nulla tuos ledunt tuoris spicula sensus

Nulla tuum rodit pectus auaricia.

Fraudibus exclusis omni pulsoq; favore

Tu recte imposito fungeris officio.

Quodammodo auarum arguit St illam a
tenacitate detorqueat.

Quis te tantis a nor miserum distraxit habendi
Que se tuum pectus tristis erpnis agit.

Jam tibi pes heret tumulto. fatumq; minatur

Jamq; tuum corpus cana senecta premit.

Non tamen exacte commutas tempora vite

Tempora forte animo deteriora tuo.

Tu cumulos cumulis atq; aurum congeris auro

Magnus ut adductas ebibit annis aquas.

An ne tuus credis te ducat ad ethera census

An ne illo semper concomitatus eris?

forte putas aurum: et tumulo post funera claudis

Non. solum pheretro putre cadaver eris.

forte putas auro fieri e porabile fatum

Non: omnes summi conditione premit.

heu respice parum: dultus terreq; reflexos.

Exige: sydeream. conspiciasq; domum.

Cesset auara sitis (crasso quid profuit aurum)

Non est terrenis associandus amor.

Facete amico suo magistro Laurentio fabro

de eius nominis ortu ac deductione alludit.

Ande tuum scateat laurenti nomen et ortus
Dolenti nondum cognita causa michi est.

Forte nisi dederit laurentia adina quirini:

Nomen: auentino commemorata iugo.

Aut te laurigere lauru cinxere sorores:

Que dret ortigio semper amata duci.

Ultima per se pos erroris opinio sensus

Explicat: hac ductum Virgine nomen habes.

Ad generosissimum ac eruditissimum

Lingunensium presulem. ...

Q Artia quid tetricos extollit roma cathones:

Quid de meletheum grecia iactat opus.

Quid tartessiacum sublimat corduba Batem:

Qui canit heroa pharsala bella tuba.

His cum nostra viro maiore superbiat etas.

Cui sonat electis lingua diserta modis.

Hic est lingonice solers custodia gentis.

Presul et excellens religionis apex:

Huic data totius lingue est tutela latine:

Sunt qz sua latii sub ditione chori:

Typhis ut emoniam direxit iasonis argon:

Cum peteret siticas graia iuuenta domos:

Sic ratis illius mea dulci fluctuat aura:

Que zephiro nobis mitior esse solet.

Ad eundem

Ut tremebunda maris ditare pericula dicunt.

Sidereo tyrias archiphilace rates:

Clara tue antistes sic exemplaria vite

Errantes redigunt ad loca tua viros.

Ad nobilem ac religiosissimum ciniacensis necnon

sci Dionisii cenobii apud francos abbatē meritissimū

A In genere tuas nature promere dotes

Audeo: nam duplici nobilitate nites.

Scificet es patrio productus nobilitas ortu

Vita pudica tibi est altera nobilitas.

Ditia spreuisu phrygio patrimonia luqu

Ut clausus stricta religione fores

Celica terrentis preponens munera rebus

Prequiris faciles iustus ad astra vias

De obitu florentii de alemanis in

Episcopum pictauiensem electi.

ELEGIA

A Riste nonen latie fatum lugete sorores

Sumite depositis Vellera pulla iocis

Lugeat a daphne que circum phocidis Undas

Fragrat: odoratis tempus in omne comis.

Arescant rigui fontes curfusqz morentur

Queqz rigant celebres flumina sancta choros.

Nam cecidit nostri speculum florentius eui

Cui non flumina parem secta tulere virum.

Dum metum illius mores Sitamq; renouo
Lumina nostra suis imbribus ora rigant.
Namq; omnes moriens Virtutes tra pit ad orbem.
Stelliferum: iustis quo datur alma quietes.
Illius occasu gemitus armenta dederunt:
Et niger inductis nubibus ether erat.
Tinnitus Dolucres tenui pressere susurro:
Atq; rudes illum congemere fere.
Res miranda: meum nec pingit fabula carmen:
Sed que nota michi gesta fuerz loquor:
Sic fiet Ut sacro templi fuit additus antro:
Et tegeret positum fossa cadauer humus
Hoc super est audita canis producere questus:
Atq; solum Visa est disoluisse pede.
Illa suu. n. credens dominum reuocare iacentem:
Lairat: et enectum voce mouere putat.
Quo magis a lacrimis mundus cessare recisset:
Bellua luctifici signa doloris agit:
Hunc litur fletu modo pict. nis ora litabit:
Interitum cuius queq; animata gemunt.
Non dilecta magis nyobe sua pignora fuerit:
Pignora pybea que cecidere manus
Hec magis atrides graie moderator habene
Londoluit raptus tyndari pulchra tuos.

Non tantis idea choros est Visa querelis
Cum caderet phrygiu nobilis aula ducis.
Aut male quando fuit Validus neptunia circum
Hector. achileis pergama raptus equis.
Quid loquor: ille fuit toto florentius orbe
Cognitus: occiduo carpathioq; mari
Hunc cognouit arabs: garamas: et inospita tulle
Quiq; bibit tepidas discolor indus aquas:
Illius terris non solum cognita Virtus
Illa sed ardenti notior orbe manet.

Conqueritur pastoratis iuuenula nemesis
dicta ob ruptum ab amico suo lucido sociale
fedus.

Nunc Vbi pastorum ludis: solatia visus
Et contempta nouo cespite ferta vident
Nunc defessa quibus rugiunt armenta sub imbris
Nunc Vbi festino ducta pedestra pede.
An sacra pastorum cecidit tutela: Vel ille
Qui cecinit resonis daphnis arundinibus.
Nunc Vbi grata paleas: Vbi nostra es lucide stama
An tibi sint isto tedia facta loco.
Que tibi causa fuge: qua nunc regione moraris
Dic Vbi sunt nemesi sedera pacta tue.

O Enis normana fuit quondam moderata quietino:
Principe: quo multum neustria laudis habet.

Iste potens anglium franco tyrone rebellem

Pressit: ut innumera strage ruderet humus:

Trahit in imperium regnum regniq; priores

Et cessit Valido terra britanna duci.

Atamen exhaustis post marciabella triumphis

Deficit optatum (prophodor) ante diem.

Illi effigies duro fuit edita saxo

Et templi sacras ponitur ante fores.

Ista erat instabilis: quia venti pulsa flabello

Corruit: et multos (cum cadit) ipsa necat.

Hunc angli tristem casum doluere feruntur

Dituri indignum sic memorasse nephas.

Hic nos dum dixit post et sua fata trucidat

Dita fuit nobis tristis: et interitus

Non vinculis strim pere ducem ferriq; cathena

Gloria vindicte sola cathena fuit.

Ad iohannem ascensionem parisiensium
academie bibliopolam fecundissimum.

Quoniam est cecropius te doctior alter athenis:

Non antiqua tibi secula tulere parem.

Dixi cunis extractus eras et ab ubere raptes

Lingua nec officio dixi erat apta suo.

Cum tibi castalie iuveni ciseret sorores

Quisq; sacro niveum pectine tangit ebur.

Ad solertissimum et natissimumq; lingue latine
apollinem Lingonensium presulem.

Sicut arionem pisces delphina sequuntur

Aut deluti solitum confusa doris iter.

Sic sancta astree sequeris vestigia nymphe

Que tibi felices prebet ad astra gradus

Protegis illius deuotis lingones armis

Rite sum pastor debet amare gregem.

Ad quendam

Ipsa renuiscat seruabitur in achis argo

Lumineo geminas qui gerit orbe faces.

Ad amicum suum Johannem
de marnef academie parisiensis
Bibliopolam famatissimum.

Quoniam magis tuis fortis debet romana carnillo

Qui gallo raptas hoste redemit opes.

Quasi tibi pharhise florens academia gentis

Te quia amatorem dicitat illa suum.

Tu rubigineo corrosa volumina morsu

Clarificas veterem depositura situm

Est augenda tuo nimum republica cultu

Dum tibi cum eos protrahat aura dies.

Ad Vigilantissimum episcopum Lingonē sen.

U T liquido volucres superat Iouis ales in orbe
Clarius estq; aliis delicia sideribus

Sic tu quem fouit probitas; mascula Virtus
Preteritos superas religione patres.

A magistrum nostrum petrum
tempeste montis acuti colegi
moderatore Vigilantissimum.

A Lara diu tecum Virtus habitacula trahit
Petre: serenata que tibi fronte fauet.

Quos tibi monstravit calles: illamq; sequaris
Non socia posses hac meliore regi.

Ad Harilephum suum.

I Aspice cesarei fecunda volumina iuris
Et memora effu vos o Harilepse dies.

Ad iohannem bonio

E S bonus es bonio Vere bonitatis alumnus
Suntq; boni mores & bona fama tibi.

Quid bonitate tua queris felicius: auro
Atq; opibus phrygiis: est melior bonitas.

Ad carolum tayerum artis poetice
professorem studiosissimum.

P Dra Velut roseo tenuat pallantias ortu
Omnia diffusis astra minor conis

Sic diuicta latent ceduntq; poemate Datum

Dum canis aonii hrole cymba lacus.

Non redolente tympo spirantia tessala tempe

Nec tantum assyrii nardus odoris habet.

Quantum sacra gerunt sacri tua Verba leporis

Phebeum credo pectore numen habes.

Nicolai parui besolanensis ad Iohannē crucium
preclaris cū forme tum ingenii dotibus præditū
Carmin elegum.

M Ortua quod reduces Veniant in corpora forme
Commemorant fami dicta probata senis.

Franciscus probat hoc naso calphurnius alter

Ingenium tanti nobile Satis habens:

Non minor est illo: maiorem dicere possum

Oppositum: nemo diceret: omnis idem.

Non bibit huc rediens lethei obliuia fontis

Oblitus nichil est: ars Vetus ergo manet.

Ars Vetus ergo manet: sed multos aucta per annos

Multiplici rerum cognitione fuit.

Non minor est: ergo tam clarum suscipe Satem

Quem submo gelidis postulat Iber aquis.

¶¶¶